

qui fit,
vt quilibet annus fit climactericus?

Vti enim
quolibet anno homines nascuntur:

ita
quolibet annus, pro subiectorum licet diuersitate,
non potest non esse climactericus;

quocirca
si dominium Saturni annos operatur climactericos,
quolibet anno Saturnus in terrestria dominatur;

quod ipse negas.

Addo,
annos climactericos non decrementi tantum, sed et incrementi esse;

quos incrementi annos
si ex frigida et maligna, quam dicis, Saturni natura
deriuandos putes,

facile tibi
serpentes aibus gementur, tigribus agni,

nec non
delphinum filois appingas, fluctibus aprum.

Neque illis pollicem premimus,
qui cerebro cordique motus per interualla,

quibus intendantur, vel remittantur,
quos certis periodis temporis absoluant,

quosque reliquae imitentur partes corporis,
tribuunt,

eosdemque motus causam esse atque fundamentum

annorum climactericorum,
existimant.

Nam
quamuis nec motus cerebri negemus intestinos,
nec systolen cordis et diastolen,

hos tamen vtriusque motus periodicos esse ita,
vt septimus quisque vel nonus annus

terminet periodum,
neque ex experientia constat,

neque a priori ad liquidum perductum est.

B

Habet

V.
neque in
motu cordis
et cerebri pe-
riodico.